Vt diximus,& altera pecuniaria, altera diſciplina rei familiaris. & hæc quidem neceſſaria & laudabilis,illa verò tranſlata & meritò improbanda, quia non ſecundum naturam, ſed ab hominibus acquirit: rationabiliſſimè habetur odio ipſa numularia:quoniam à numo ipſo facit acquiſitionem, & non ad quod inductus eſt. Commutationis enim cauſa numus inductus fuit, fœnus autem ſeipſum maius facit. vnde & nomen venit: quoniam illa quæ pariuntur, ſimilia ſunt gignentibus: in fœnore autem numus numum parit: quare maximè præter naturam eſt his acquirendi modus.

CAPVT XI.

QVoniam verò quæ ad cognitionem pertinebāt,determinauimus ſufficiēter,illa quæ ad vſum pertinent,diſcutienda ſunt. cuncta enim hęc conſiderationem habent liberalem,experientiam verò neceſſariam. Sunt autem circa acquirendum partes vtiles rerum ipſarum quæ acquirendæ ſunt,peritiam habere quæ optimæ ſint,& vbi,& quomodo: ceu quales equi comparandi ſint,quales boues,aut pecudes. eodem modo in aliis animalibus. oportet enim peritum eſſe, quæ iſtorum potiſſima,& vbi,& qualia. nam alia alibi potiora gignuntur. Deinde agriculturæ, eiúſque ſpecierum, vt nudi ſoli, & conſiti, & apium, & aliorum animalium, natatilium, tum volatilium, ex quibus ſit vtilitas prouentura. maximè igitur propriæ acquiſitionis iſtæ ſunt partes, & primæ. Eius verò quæ per tranſlationem dicitur, potiſſima pars eſt mercatura. Et huius partes tres:nauigatio, deuectio, negotiatio. differunt autem hæc inter ſe, cùm alia ſecuriora ſint, alia fructuoſiora. Secunda pars eſt fœneratio. Tertia mercenaria:& huius alia vtilium artium: alia ſine arte, ſolo corpore miniſtrante. Eſt & quarta acquirendi ſpecies, media inter hanc & primam (habet enim partem eius quæ eſt ſecundum naturam, & partem eius quæ per tranſlationem dicitur) & eſt in his omnibus quæ à terra, & ab his quæ terræ ſunt, non à fructibus, ſed ab vtilibus, ceu ſylua cædua,& omni metallica. hæc rurſus multas complectitur partes: nam multæ ſunt ex terra metallorum ſpecies. De ſingulis horum in genere dictum eſt nunc: in ſpecie verò de his dicere vtile quidem foret ad opera cnoſcienda, ſed graue nimis in his edocendis perſiſtere. Sunt enim operationes

A ὥσπερ εἴπομεν, καὶ τῆς μὲν καπηλικῆς, τῆς δ'
οἰκονομικῆς· καὶ ταύτης μὲν, ἀναγκαίας καὶ
ἐπαινουμένης, τῆς δὲ μεταβλητικῆς ψεγομένης
δικαίως· οὐ γὰρ κατὰ φύσιν, ἀλλ' ἀπ' ἀλλήλων
ἐστίν· εὐλογώτατα μισεῖται ἡ ὀβολοστατική,
διὰ τὸ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ νομίσματος εἶναι τὴν κτῆ-
σιν, καὶ οὐκ ἐφ' ὅπερ ἐπορίσθη· μεταβολῆς γὰρ
ἐγένετο χάριν. ὁ δὲ τόκος αὐτὸ ποιεῖ πλέ-
B ον· ὅθεν καὶ τοὔνομα τοῦτ' εἴληφεν· ὅμοια γὰρ
τὰ τικτόμενα τοῖς γεννῶσιν αὐτά ἐστιν· ὁ δὲ
τόκος γίνεται νόμισματος· ὥστε [καὶ] μάλιστα
παρὰ φύσιν οὗτος τῶν χρηματισμῶν ἐστιν.

Κεφάλαιον ια.

ΕΠεὶ δὲ [τὰ] πρὸς τὴν γνῶσιν διωρί-
καμεν ἱκανῶς, τὰ πρὸς τὴν χρῆσιν δεῖ
διελθεῖν. πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα, τὴν μὲν θεω-
ρίαν ἐλεύθερον ἔχει, τὴν δ' ἐμπειρίαν ἀν-
C αγκαίαν. ἔστι δὲ χρηματιστικῆς μέρη χρήσιμα,
τὸ περὶ τὰ κτήματα ἔμπειρον εἶναι, ποῖα λυσι-
τελέστατα, καὶ ποῦ, καὶ πῶς· οἷον ἵππων κτῆ-
σις ποία τις, ἢ βοῶν, ἢ προβάτων, ὁμοίως δὲ
καὶ τῶν λοιπῶν ζώων. δεῖ γὰρ ἔμπειρον εἶναι πρὸς
ἄλληλά τε τούτων τίνα λυσιτελέστατα, καὶ
ποῖα ἐν ποίοις τόποις· ἄλλα γὰρ ἐν ἄλλαις εὐ-
θηνεῖ χώραις. εἶτα περὶ γεωργίας, καὶ ταύτης
ἤδη ψιλῆς τε καὶ πεφυτευμένης, καὶ μελιτ-
D τουργίας, καὶ τῶν ἄλλων ζώων τῶν πλωτῶν ἢ
πτηνῶν, ἀλλ' ὅσων ἔστι τυγχάνειν βοηθείας.
τῆς μὲν οὖν οἰκειοτάτης χρηματιστικῆς ταῦ-
τα μόρια καὶ πρῶτα. τῆς δὲ μεταβλητικῆς
μέγιστον μὲν ἐμπορία· καὶ ταύτης μέρη τρία,
ναυκληρία, φορτηγία, παράστασις· διαφέρει
δὲ τούτων ἕτερα ἑτέρων, τῷ τὰ μὲν ἀσφαλέ-
στερα εἶναι, τὰ δὲ πλείω πορίζειν τὴν ἐπικαρ-
E πίαν. δεύτερον δὲ, τοκισμός· τρίτον δὲ, μισθαρ-
νία. ταύτης δ' ἡ μὲν, τῶν βαναύσων τεχνῶν· ἡ
δὲ, τῶν ἀτέχνων καὶ τῷ σώματι μόνῳ χρησί-
μων. τρίτον δὲ εἶδος χρηματιστικῆς, μεταξὺ
ταύτης καὶ τῆς πρώτης. ἔχει γὰρ καὶ τῆς κατὰ
φύσιν τι μέρος, καὶ τῆς μεταβλητικῆς, ὅσα ἀπὸ
γῆς καὶ τῶν ἀπὸ γῆς γινομένων, ἀκάρπων μὲν,
χρησίμων δέ· οἷον ὑλοτομία τε καὶ πᾶσα με-
ταλλευτική· αὕτη δὲ πολλὰ ἤδη περιείληφε
F γένη. πολλὰ γὰρ εἴδη τῶν ἐκ γῆς μεταλλευο-
μένων ἐστί. περὶ ἑκάστου δὲ τούτων, καθόλου μὲν
εἴρηται καὶ νῦν· τὸ δὲ κατὰ μέρος ἀκριβολογεῖ-
σθαι, χρήσιμον μὲν πρὸς τὰς ἐργασίας, φορ-
τικὸν δὲ τὸ ἐνδιατρίβειν. εἰσὶ δὲ τεχνικώταται

μὲν τῶν